Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

suas in conspectu dñi. Hec videntes satellites ⁊ inimici veritatis ingressi ad imperatorem dixerunt ei. Augustissime invictissime in sempiterni vive in decore imperii. Tu et longinquo colligis homines ad sacrificium deorum ecce primi te despiciunt decretum tuum ⁊ preceptis tuis non obediunt sed consuetudine xpianorum assecuntur ⁊ xpo sacrificant. Maximianus enim filius prefecti ipse fuit filius imperii ⁊ sex socii ei qui sunt primi civitatis. Ipsi despiciunt regnum tuum ⁊ decreta tua contemnunt. Hec audiens imperator iratus est vehementer ⁊ iussit eos adduci in conspectu suo. Ut autem fuerunt adducti erant oculi eorum lacrimis pleni ⁊ pulvis super capita eorum ⁊ erant orantes ⁊ deprecantes in conspectu dñi. Et dixit eis imper. O fideles mei quare non permansistis in supplicatione ⁊ sacrificio deorum in quibus omnis mundus exhiberat ab eis cur non estis assimilati fortissimis primatibus socius meis. Hunc ergo clementiam meam non pensans puerilem intelligentiam veram indulgentiam de preteritis tribuit. Modo aggredimini ⁊ sacrificate sicut omnis homo karitate ⁊ devotione quam debetis diis. Dcs autem Maximianus respondit. Hos habemus dñm in celis cui sacrificium cotidianum offerimus. Ipse est verus dns creator celi ⁊ terre ⁊ ipsi offerimus in odorem suavitatis fructum labiorum nostrorum. Indignum profecto ducimus mundicia corporis nostri quia per baptismum accepimus ut per hos nefandos ritus violemus. Non eis sacrificamus omnino nec sinceritatem manus his immundiciis violamus. Tunc imperator ut vidit obstinatam mentem eorum cupiens adhuc revocare eos. non eos iussit punire sed precepit incidibat eos eorum ⁊ dixit eis. Propter quod abscissis vos a dis extraneis eritis a dignitate mea ⁊ a maiestate imperii mei usque quo summatim possim emendare vos ⁊ paulatim arguere de introgatione sermonum vestrorum. Non enim iustum est perdere etates vestras in tormentis ⁊ tabescere decorem pulchritudinis vestre. Propter quod ecce do vobis spacium ut vos recognoscatis ⁊ intelligatis quanta sit erga vos clementia mea ⁊ corrigatis pravitatem veram ut felicater vivere possitis. Tunc imperator ut facilius eos attraheret iussit auferri de ceruicibus eorum ferrum ⁊ precepit eos dimitti exhortans quod si eos reducis emendatos invenisset magnis honoribus ampliaret. Si autem in pristina pravitate perdurantes repperirit exquisitis cruciatibus interimeret.

Post hec autem decius imperator egressus est ab epheso in aliis quoque ciuitatibus eadem studens facere ⁊ cum ephesum reversus. Tempore vero quo dilationis accepto sicut maximianus ⁊ socii ei fecerunt opa iustitie in fide dñi nri ihu xpi. ⁊ erant unanimiter perseverantes in oratione ⁊ commendantes domino animas suas. tollentes quoque aurum ⁊ argentum. vel reliquam substantiam a parentibus suis. dabant mendicis occulte ⁊ aperte. Cum quoque omnia expendissent consilium eis fuit ⁊ dixerunt ad invicem. Eruamus nos de habitacione ciuitatis hui ⁊ eamus in spelunca secreta in monte celio ⁊ ibi de incessanter precemur dm ⁊ erimus sine timore remoti ab omnibus usque quo revertatur imperator ⁊ iudicemur ante ipsum ⁊ ne impediamur a gta dei ⁊ secundum eius voluntatem faciamus. faciat enim ds voluntate sua nobiscum ut pficiamur in conspectu imperatoris martyrum nrorum ⁊ recipiamus immarcescibile coronam fidelium. Hec dicentes ad invicem septem sci ⁊ facientes unanimitate in hoc ipsum. sumpserunt parvam pecuniam in ratione victus sui ⁊ ibant in montem celium ⁊ ibi fuerunt diebus multis orantes dm sup facies suas ⁊ expectantes ab eo mam. Vnum autem sapientem ex eis constituerunt ministrare eis. Et quocies ibat in ciuitatem induebatur habitum mendici ⁊ accipiens argenteos secum discebat sollicite que fiebant in palatio imperatoris. Et imprens de nummulis faciebat mam cum mendicis ⁊ emens panes revertebatur ad socios suos ⁊ nunciabat eis que loquebantur de his in ciuitate.

Post tempus vero aliquantum reversus est decius imper in ephesiorum ciuitatem ⁊ precepit ut omnis immolarent ydolis. Inquisiti sunt Maximianus ⁊ socii ei ⁊ non sunt inventi. Et facta est persecutio magna in xpianos. Tunc timor iruit super omnes fideles ⁊ cum festinatione fugerunt omnes a facie ei. Ipse autem Malchus qui ob rationem victus venerat de spelunca timens ual de fugit de ciuitate ferens secum modicos panes. Et venit ad fratres suos tremens ab immanitate persecutionis. que agebat

Et ipsi orantes venerunt in spelunca montis celii.